



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendium Sacrorum Rituum Et Caeremoniarum

Vinitor, Gerlacus

Coloniae Agrippinae, 1656

V. De Tempore Quadragesimo usque ad Dominicam Palmarum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9459

non genu sibi
or, seu Rector,
a forte ratio-
care, descendit
tribuit cineres
rba supradicta
re, licet feme-
am, sed super-
ne benedictus
Interim Dia-
conus vero
Pluuialis Ce-
ans lauare mar-
tans in consu-
bris, cantar
tibus hisca-
s.
Altaris in me-
anipulum &
ionem aqua-
lempem.
& Ministri v-
ea quæ dicta
iuua nos cum
nt, exceptis
, secundum
edio Chori
prædictus
sti descen-
bi genufle-
versu dicto,
& accepta
Munda cor
meum,

gnum, & alia peragit ut in alijs Missis. Celebrans *Gauantus* /
autem ita metiatur tempus, & Chorus, ut quan- *comment. in*
tum fieri possit, Euangelium suum perfecerit an- *Rubr. Miss*
te initium huius versus, ut quantum fieri possit,
Euangelium suum perficerit ante initium versus,
de nimia interponatur mora idra Missam, id est
Chorus ea omnia lentius decantare debet, ut de-
bito ordine & maturè fiant. Celebrans vero dum
illum versum dicit priuare, genuflectit tantum
in principio, & statim surgit.

TITULVS. V.

De Tempore Quadragesimæ usque ad Dominicam
Palmarum.

1. **S**abbathio ante Dominicam primam Qua-
dragesimæ dicuntur Vesperæ ante come-
stionem quod seruatur omnibus diebus quadrage-
simalibus etiam in festis, exceptis tantum die-
bus Dominicis quibus dicuntur horâ consuetâ.
2. Dominica quarta Quadragesimæ, pulsan-
tur Organa, & in Missa solenni ministri sacri v-
tuntur Dalmatica & Tunicella violacei coloris:
altare vero paratur festiuius quam in alijs Domi-
nicis, possunt enim adhiberi flores & imagines
aut Reliquiæ, non vero in alijs Dominicis.
3. Dominica Passionis, quæ est quinta Qua-
dragesimæ omnes imagines quæ sunt
per Ecclesiam, teguntur, velis violaceis ad
primas Vesperas scilicet Sabbatho. & non autem
sicque teatæ manent usque ad finem Lita-
riarum Sabbathi Sancti inclusuè. Similiter
Crucis velaminibus violaceis omnino du-
dis absque ulla Crucis figura, neque in illis
velis.

velis insignia debent esse Passionis Christi, contra usum quorundam, qui in illis figuram Christi Crucifixi apponunt, & alias Cruces, & insignia Passionis, non bene.

TITVLVS VI.

De Dominica Palmarum.

1. Officium huius Dominicæ, hoc est benedictio & distributio Ramorum, deinde Processio, similia ferè sunt in omnibus officio Purificationis B.M. in benedictione & processione candelarum, paucis exceptis, Ideo legenda sunt, quæ de ijs suprà posita.

*Gassantus
comment in
Rubr par 4.
tit. 7.n. 7.*

2. Sacrista præparat numerum ramorum olivarum & palmarum sive aliarum arborum, tam pro Clero quam laicis sufficientem, & ponantur super credentiam in cornu Epistolæ, prope altare versus cornu posterius linteo pulchro unde quaque testam, ac alio linteo, seu mappa mundi tegi possunt usque ad eorum benedictionem.

3. Parantur etiam super eandem Credentiam aut etiam aliam Thuribulum cum nauicula, Missalia pro passione cantanda, Crux processionalis, Rituales libri pro Processione. Item deparentur ministri necessarij.

4. Omnibus necessarijs præparatis, circa finem Tertiæ accenduntur per Acolythus cerei altaris.

5. Completa Tertia, Sacerdos sine manipulo paratus amictu, alba, cingulo & pluiali, si fieri potest, vel sola stola violacea & ministri planctis plicatis cum manipulis quia Epistolam & Evangelium suæ cantaturi, procedit ad Altare medius inter ministros sacros, præcedente Acolyto cum vase aquæ benedictæ, & alijs duobus cum cereis accessis.

6. Cum